



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput XXI. De compunctione cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

C A P U T XXI.

*De compunctione cordis.*

1. **S**i vis aliquid proficere, conser-  
va te in timore Dei, & noli  
esse nimis liber: sed sub disciplina  
cohibe omnes sensus tuos, nec ineptæ  
te tradas lætitiae.

Da te ad cordis compunctionem,  
& invenies devotionem.

Compunction multa bona aperit,  
quæ dissolutio cito perdere con-  
suevit.

Mirum est, quod homo potest  
unquam perfecte in hac vita lætari:  
qui suum exilium, & tam multa  
pericula animæ suæ considerat &  
pensat.

2. Propter levitatem cordis, &  
negligentiam defectuum nostrorum  
non sentimus animæ nostræ dolores:  
sed saepe vane ridemus, quando me-  
rito flere deberemus.

Non est vera libertas, nec bona  
lætitia, nisi in timore Dei cum bona  
conscientia.

Fe-

56      *De Imitatione Christi*

Felix, qui abjecere potest omni Ta  
impedimentum distractionis, & mus.  
unionem se colligere sanctæ comculpa  
punctorum.

Felix, qui a se abdicat, quidquid exten  
conscientiam suam maculare potest 4.  
vel gravare. conf

Certa viriliter: consuetudo contorta tri  
suetudine vincitur. Qu

Si tu scis homines dimittere, ipse punc  
bene te dimittent tua facta facere. ei tot

Non attrahas tibi res aliorum, ne Bo  
te implices causis majorum. mater

Habeas semper oculum super proxim  
primum, & admoneas te ipsum spe tribul  
cialiter præ omnibus tibi dilectis. Sive

Si non habes favorem hominum, tanto  
noli ex hoc tristari: sed hoc sit tibi Ma  
grave, quia non habes te satis bene comp  
& circumspecte, sicut decet Dei ser  
vum, & devotum Religiosum connostra  
versari. ut ramus.

Utilius saepe, & securius est, quod 5.  
homo non habeat multas consolatio  
nes in hac vita, secundum carnem quam  
præcipue. Ta

omni Tamen quod Divinas non habe-  
& mus, aut rarius sentimus, nos in  
e culpa sumus, quia compunctionem  
cordis non quærimus, nec vanas, &  
uidquid externas omnino abjicimus.

potes 4. Cognosce te indignum divina  
consolatione, sed magis dignum mul-  
ta tribulatione.

re, ipse punctus, tunc gravis & amarus est  
cere. ei totus mundus.

m, ne Bonus homo sufficientem invenit  
materiam dolendi & flendi.

per t Sive enim se considerat, sive de  
m spe proximo pensat, scit, quia nemo sine  
tis. tribulatione hic vivit.

inum Et quanto strictius sese considerat,  
sit tibi tanto amplius dolet.

s bene Materia justi doloris, & internæ  
ei ser compunctionis sunt peccata, & vitia  
con nostra; quibus ita involuti jacemus,  
ut raro cœlestia contemplari valea-  
mus.

olatio 5. Si frequenter de morte tua,  
urnem quam de longitudine vitæ cogitares,

non

Tz

58 *De Imitatione Christi*

non dubium, quin te ferventius  
emendares.

Si etiam futuras inferni, sive pu-  
gatorii pœnas cordialiter perpendas,  
res, credo, quod libenter labore nec  
& dolorem sustineres, & nihil rigo-  
ris formidares.

Sed quia ad cor ista non tran-  
eunt, & blandimenta adhuc amamu-  
ideo frigidi, & valde pigri reman-  
imus.

6. Sæpe est inopia spiritus, undi-  
tam leviter conqueritur miserum  
corpus.

Ora igitur humiliter ad Dominum  
ut det tibi compunctionis spiritum  
& dic cum Propheta: *Ciba me De-  
mine pane lachrimarum, & potum  
mihi in lachrimis, in mensura.*

## C A P U T XXII.

*De consideratione huiusmodi misericordie*

i. **M**iser es, ubicunque fueris, o  
quocunque te verteris, nisi  
ad Deum te convertas.

Quid